



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Clüveri[i] Germaniæ Antiquæ Libri tres

Clüver, Philipp

Lugduni Batavorum, 1631

Cap. V. De Norico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44541

ubique tabulæ nominentur *Augusta colonia*. Rectius igitur ac tutius istum nummum alio traxeris. & verba hæc sunt ex Græcâ Nicephori Callisti historiâ, lib. 1, cap. xvii, Latine versa: *Opus quoque ejus est Iudæa celebris urbs Tiberias & qua in Thraciâ est Tiberia.*

Porro quod CASTELLUM tabulæ dicitur, ex situ & itineris tractu, item ex intervallo, quod LXXIII est millium à Regino, haud dubiè nobilis nunc est urbs *Passau* ad Aeni confluentem lavâ oris ripâ situm. Idem locus Notitiæ imperii procul dubio est *BATAVA*, in his verbis: *Prefectus ala Flavia Retorum, Quintanis. Tribunus cohortis Norvæ Batavorum, Batavis. Tribunus cohortis Tertiæ Brittonum, Abusina.* Atque hinc ipse locus è *Batavorum* nomine dictus CASTRA BATAVA: & cognomine tantum *BATAVA*. quod
 10 Germani postea suâ lingvâ fecere *Bettaw*: & tandem aliâ dialecto, quâ superiores inferiorum *t* mutant in *s*, *Passaw*. Agnosco heic errorem satis turpem, per quem in Germaniâ lib. 1, cap. vii, adserui *Passavium* esse *Bojodurum*, à Bojorum transitu sic dictum, quia hodièque transitum vocamus *ein pass*. *Bojodurum* nunc esse *Initat*, ex adverso *Passavii* in dextrâ Aeni ripâ situm, postea in Norico certis probabo documentis.

De cetero *SERVIODURUM*, ex situ in Danubii ripâ, millium intervallo, & nominis insuper quâdam similitudine, deprehenditur nunc esse opidum *Straubing*.

PETRENSIA item ex positu ad Danubium, & millium intervallis, conjicio esse nunc opidum *Oosterhoven*.

Loca igitur illa suprâ recitata, *Ad Lunam, Aquileja, Opia, Septemiacum, Losodia, Mediana,*
 20 *Iciniacum*, alio in itinere, quod medium fuit inter modò explicatum & illud ab Augustâ *Juvavium* versûs, fuisse censeo. Nec tamen, quo situ singula fuerint, quidquam liquet.

QUINTIANA, subintellige CASTRA, quæ Notitiæ imperii vocantur *QUINTANA*, haud dubiè nunc sunt *Kintzen*, vicus infra opidum *Oosterhoven*; quando & situs haud procul Danubio & nomen integrè respondent. nec numerus millium perinde abhorret: sunt quidpe circiter *xix*.

AUGUSTA Antonini sive ut Notitia habet imperii, *AUGUSTANA*, intellige CASTRA, quidam volunt esse hodiè vicum *Gaisting*, *xi* millia passuum infra Reginum, haud procul Danubio situm. quibus ego reclamare nolim; quando situs & nomen haud malè congruunt. nam millium numeris non semper fidem esse habendam, jam dudum patuit.

30 Loca porro inter *Abusinam* & *Augustam* *Vindelicum* notantur apud Antoninum ista:

<i>Abusina</i>	
<i>Vallato</i>	XVIII.
<i>Summontorio</i>	XV.
<i>Augusta Vindelicum</i>	XX.

Numerus *LIV* millium satis benè convenit intervallo inter *Augstburg* & *Abensperg*. *VALLATUM* igitur colligo fuisse supra opidum *Gaisfeld*, *Ilmio* amni adpositum: *SUMMONTORIUM* verò, sive, ut Notitiæ imperii scribitur, *SUBMONTORIUM*, supra opidum *Hohenmart*.

40 De *Prolemæi Bragodoro, Dracuinâ, & Vianâ*, quæ loca illi apud superiorem Danubii ripam ponuntur, nihil liquet. Eiusdem *Phœviana*, *PHÆNIANA*, eundem locum censeo esse, qui Notitiæ imperii plurali numero est *PINIANA*. At de situ ejus nihil liquet.

Eiusdem Notitiæ *FEBIANA castra*, cum *Rhenano* interpretor *Babenhansen*, ad *Guntiam* amnem.

Atque hæcenus loca *Vindeliciæ*, quorum situs investigari potuit, explicata sunt. nunc transmissio Aeno flumine *Noricum* quoque lustretur.

CAP. V.

De NORICO.

50 **Q**UONIAM *NORICUM* sub unius quondam fuisse regis imperio, ex *Svetonio* maximè patet. is quidpe in *Tiberio Perseverantia*, inquit, *grande pretium tulit, toto Illyrico, quod inter Italiam regnumq. Noricum & Thraciam & Macedoniam, interq. Danubium flumen & sinum maris Adriatici patet, perdomito & in ditionem redacto.* Hinc etiam illud *Julii Cæsaris*, belli *Gall* comment. 1: *Dua fuerunt Ariovisti uxores; una Sueva natione, quam domo secum adduxerat: altera Norica, regis Vocionis soror; quam in Gallia duxerat, à fratre missam.* Et item istud, belli civilis comment. 1: *Equitesque ad eum venerunt à rege Norico circiter ccc. NORICORUM* etiam, ut *Vindelicum*, compluris fuisse populos testem suprâ citavimus *Plinium*. cujus verba, lib. 111, cap. xx, hæc sunt: *Iuxta Carnos, quondam*

Taurisci adpellati, nunc Norici: his contermini Rheti & Vindelici. omnes in multas civitates divisi. Quæ fuerint Noricorum civitates, seu populi, nemo recenset, præter Ptolemæum. cui sunt Σεσάκες, Α'λαυοί, Α'μβιδράνοι, Α'μβιδρανοί, Α'μβιδρανοί, Sevaces, Alauni, Ambifontii, Ambidrani, Ambilici; & qui proprie ei dicuntur Νορικῶν, Norici. Verum his certi situs assignari nequeunt. Nec termini quidem univervo Norico circumscribi possint, nisi internis ejus, id est, opidis, investigatis. hoc igitur primo loco agatur.

Loca antiqui Norici, veteribus memorata auctoribus, explicaturus, commodum judicavi, primo loco Danubii ripam persequi, incipiendo à notioribus certioribusque. Iter igitur heic tabulæ & Antonini itinerariis notatur hujusmodi:

Tabulæ;	Antonini;	10
Brigantio	Bregitione, leg. 1 Adjut.	
↓	Ad muros & Statuas, in medio	
Arrabo fl. xxx.	ad Robona	xxx.
Stai luo XII.	Quadratis	
Ad Flexum XIII.	Flexo	xx.
Gerulatis XVI.	Gerulata	
Carnunto XIII.	Carnunto, leg. XIII. g. g.	xxx.
Aequinoctio XIII.	Aequinoctio & Alanova, in medio.	
nillagat III.	↓	
Vindobona x.	Vindebona, leg. x. gem.	xxviii.
Citium vi.	Commagenis	xxx.
Comagenis vii.	Cecio	xxx.
Piro torto viii.	↓	
Trigifamo viii.	↓	
Nomare xvi.	↓	
Arelate vii.	Arlape	xx.
Ad ponte ises viii.	↓	
Elegio xxiii.	Laco felicis	xxii.
Blaboriaco xiiii.	Lauriaco	xxv.
Marinianio		
Bolodurum		
		Antonini;
		Scarabantia
		Mozeno
		xii.
		Vindomona
		xxv.
		20
		Comagenis
		xxiiii.
		Cecio
		xxiiii.
		Arlape
		xxii.
		Laco felice
		xxvi.
		Lauriaco
		xx.
		30

Heic quæ Norici fuerunt agri, quo commodius certioribusque documentis ostendantur, primum Pannoniæ loca, Norico proxima, explicanda erunt.

ARRABO Fluvius extra controversiam est is, qui, vulgari nunc vocabulo Rabe, Danubio miscetur apud opidum ejusdem nominis. vocabulum id fluvii vitiatum legitur quatuor locis apud Ptolemæum: in descriptione Germaniæ ἡ Ναρβῶν in Pannoniâ superiore, ἡ Ναρβῶνα in inferiore Pannoniâ, bis ἡ Ναρβῶν. Librario videretur notius fuisse opidum nobilissimum Galliæ Braccatæ Ναρβῶν, quàm dicti fluvii vocabulum Α'ραβῶν quod 40 integrum atque incorruptum manet apud Macrianum ἐν τῷ περιπλῶ qui sua à Ptolemæo se habuisse fateatur. Apud Antoninum scriptum fuisse puto Arrabona, ut est alio in itinere, à Sabaria Bregetionem usque: ex quo librarii incuriâ factum illud Ad robona. Notitiæ imperii bis memorantur castra militum Arrabona. ea eodem situ ad confluentem fuisse amnis Arrabonis, quo nunc opidum conspicitur Rabe, haud dubitandum est.

BRIGANTIUM igitur, quod & BRIGETIO, & BREGETIO, ex situ apud Danubii ripam, & xxx millium passuum intervallo deprehenditur esse nobile Hungariæ opidum, quod Latine loquentibus Strigonium, vulgò Graan dicitur, ex adverso Granuz fluminis & Danubii confluentium.

Hinc locus AD STATUAS, medio situ inter Brigetionem & Arabonem, nunc 50 dicitur Dotis.

Supra Arabonem locus AD FLEXUM, intellige DANUBII, est Ovar. cui nomen inde repertum, quia amnis à Presburgio hucusque ex septemtrionibus in meridiem defleat; hinc verò in ortum hibernum.

Medius ille locus inter Arrabonem & Flexum, plurali numero QUADRATA dictus, vicus nunc est apud ripam Danubii VVisselburg. Sed & tabulæ Stai lucus ex millium intervallis in eundem vicum incidit.

Prope situm castellum Muzon, comitatus titulo insignitum, Antonini est MOTENUM, seu, ut alio est itinere, à Sabaria Vindobonam, MUTENUM.

A Flexo

A Flexo porrò GERULATA nomen retinent, paullo detortum in *Kerlburg*. Numerus millium in tabulâ abundat. sunt quidpe haud amplius x.

CARNUNTUM, viros doctissimos summâ curâ nequidquàm haftenus quæsiuissè, equidem miror; quum situs ejus tam disertè tamque apertè à Plinio indicetur, lib. iv, cap. xii; ubi de Istri lævæ ripæ accolis tradit in hæc verba: *Superiora autem inter Danubium & Hercynium saltum, usque ad Pannonica hiberna Carnunti, Germanorumque ibi confinium, campos & plana Iazyges Sarmatae, montes verò & saltus, pulsi ab his Daci ad Patibissum amnem à Maro; sive is Duria est, à Svevis regnoque Vanniano dirimens eos.* Marum hunc Moraviæ nunc esse amnem, vulgò Slavis accolis *Morává*, Germanis *March*, Germaniæ lib. 111, cap. xxxi, ostensum est. ubi etiam monstratum, eundem fuisse terminum quondam Vanniani regni in Svevos Quados. Patet igitur hinc quamclarissimè, *Carnuntum* ad confinium Germanorum ex adverso fuisse confluentis Mari ac Danubii; ubi nunc opidum visitur *Haimberg*. Atque huc rectè faciunt xxx millia passuum, quæ Antoninus recenset inter Flexum & Carnuntum: nempe si ipsam semper sequaris ripam. Rectè etiam respondente tabulæ millia xii, inter Gerulata & Carnuntum: directâ viâ si proficiscaris. Rectè item quadrant millia xxviii, quæ uterque locat inter Carnuntum & Vindobonam; quam Viennam nunc esse, mox ostendam. Antoninus Carnunti recenset *legionem xiiii*. & Plinius quoque, dum *Pannonica hiberna* eum locum adpellat, ceu eo indicio clariorem notioemque redditurus, haud dubiè non alâ, nec cohortis alicujus castra intellexit; sed legionis integræ. unde etiam in tabulâ primariæ urbis figurâ signatus est. Hinc etiam est illud Orosii; lib. vii, cap. xv: *M. Antoninus Verus Marcomannicum bellum, quod continuo exortum est, gessit. apud Carnotum triennio jugiter exercitum habuit.* quod & Eutropius refert, lib. v, in eodem imperatore. Item istud Velleii Paterculi, lib. 11: *Hunc virum (Maroboduus, Marcomannorum regem) & hanc regionem proximo anno diversis à partibus Tiberius Caesar aggredi statuit. Sentio Saturnino mandatum, ut per Catos, excisis continentibus Hercinia silvis, legiones in Bojohamum (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est) duceret. ipse à Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est.* Errate itaque Ptolemæum puto; qui dictam legionem xiv ad Flexum locat. ni librarii potius errorem interpretari malis. At Paterculus *Carnuntum*, non Pannoniæ, ut Plinius ac Ptolemæus, sed Norici facit opidum. Et ne Pannonica hiberna eas intelligas, quia Pannonii erant milites, in Norico locati; en idem Plinius, lib. xxxvii, cap. 111, 12 c. ferè, inquit, *millia passuum à Carnuto Pannoniæ abesse litus id Germaniæ, ex quo invehitur succinum, percognitum nuper.* Falsum igitur illud apud Paterculum. Quod tamen non ipsius auctoris dixerim esse erratum, sed librariorum mendum; ut complura alia in hoc auctore; maximè verò in his ipsis verbis, quæ modò adduxi. ubi ita lego totum locum: *Sentio Saturnino mandatum, ut per Catos, excisis continentibus Hercinia silvis, legiones in Bojohamum (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est) duceret. ipse à Carnunto, qui locus Norico regno proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est.* Diferretè Noricum distinguit ab Illyrico, sub quo Pannoniam intelligit. ergo quia in hac exercitum meruisse ait, cujus hiberna erant Carnunti; hoc certè noluit esse Norici regni. Antiquitas atque celebritas hujus urbis altior reperitur à Livio lib. xliii, sub P. Livio Crasso, C. Cassio Longino C o s s., anno ab urbe conditâ 15 lxxx, ante natum Jesum clxix. Eadem, inquit, *astate, quâ in Thessaliâ equestri pugna vicere Romani, legatus in Illyricum à Consule missus, opulenta duo opida vi atque armis coegit in deditioem. omniaq; iis sua concessit; ut opinione clementia eos, qui Carnuntum munitam urbem incolebant, alliceret. Postquam nec, ut dederent se, compellere, neque capere obsidendo poterat; ne duabus oppugnationibus nequidquàm fatigatus miles esset, quam prius intactam urbem reliquerat, diripuit.* Ceterò nomen ejus variè ab auctoribus perscribitur. Græcâ formatione apud Ptolemæum est *Καρνῆς, Καρνῆν*, id est, *Carnus, Carnuntus*: quod & Livius imitatus. apud Plinium, dicto lib. iv, cap. xii, & Velleium, Antoninum, Eutropium, & tabulam, item apud Marcellinum lib. xxx, & Notitiæ imperii est *Carnuntum*. apud eundem verò Plinium, dicto lib. xxxvii, cap. 111, & Zosimo, lib. 11, item Aurelio Victori in M. Antonino, *Carnutum*: & Orosio, dicto loco *Carnotum*. quæ variatio etiam in Galliæ gente *Carnutum* facta est. Apud Zosimum *Carnutum* *κελευή πόλις* vocatur. unde Ortelius id interpretatus est Galliæ opidum *Chartres*, Carnutum quondam gentis caput. At quid Maximiano Herculio, quem Zosimus narrat è Lucaniâ, Italiæ regione, Carnutum ad Diocletianum profectum fuisse, transitio ac reditio fuit per Ravennam, si Carnutum istud fuit in Galliâ? Satis absurdè. Lego ego apud Zosimum, *ἐν Καρνῆτι πόλιν Ἰλλυρικῆς*.

nam Pannonica hiberna plerumque tam Latinis quàm Græcis auctoribus dicta sunt *Illyrica*: quia Pannonia Illyrici illius vetustissimi pars; ut supra, & in Germaniæ lib. I ostensum est.

Porrò *Æquinoctium* ex situ in Danubii ripâ, & millium intervallo, haud dubiè circa vicum *Fischemünde* fuisse colligitur. Hinc tabula ad locum, cujus vocabulum corruptum *uillagai*, IV facit millia; & inde Vindobonam usque X. ex quâ positione locum eum interpretor vicum nunc *Ebersdorf*. Antoninus inter *Æquinoctium* & Vindobonam habet locum, cui nomen *ALA NOVA*: quem equidem ego haud dubitaverim esse eundem, cui vitiatum illud in tabula vocabulum *uillagai*. corrigo igitur hoc ex illo.

Hinc *VINDOBONA* omnibus citra controversiam habita est ea urbs, quæ, caput 10 nunc Austriæ, Germanis *Wien*, vulgo Latinè loquentium *Vienna* dicitur. Convenit positus in Danubii ripâ: conveniunt item intervalla itinerum. nam licet de proximorum locorum, *Æquinoctii*, *Ala nova*, *Cetii* & aliorum sitibus dubium alere velis; tamen de *Arrabone* flumine, de *Muteno*, de *Flexo*, de *Gernlatis*, ambigere non licet. tum *Carnunto* etiam satis certus adfertur esse positus in opido *Haimberg*. Sed & nomen manet. quod Germanis contractè *VVien*, Slavis verò extensius, servato primæ originis indicio, dicitur Polonis *VViedn*, Bohæmâ ac Moravis *VViden*. In Notitiâ imperii bis legitur *VINDOMANA*: & apud Jornandem in libro de rebus Gothicis, *VINDOMINA*. unde quidam docuerunt, verum genuinumque urbis nomen Romanis fuisse *Vindoniana*: sicque in omnibus pariter auctoribus esse legendum. Certè, uti dicam, quod sentio; quamvis in 20 Notitiâ facilis poterat esse lapsus ex *ni* in *m*; tamen librarii esse error non poterat, ut *Vindomina* is scriberet pro *Vindomana*. satisque clarè ac dilucidè perspicitur, genuinam vulgò fuisse unius loci adpellationem, dialectis variatam, *VINDOMANA*, *VINDOMINA*, *VINDOMONA*, ut alterum Antonini habet iter; & tandem *VINDOBONA*. Jam verò, quis credat, pro *Vindoniana* librarios in omnibus Antonini, tabulæ, Aurel. Victoris, & item Ptolemæi exemplaribus vitiatum supposuisse vocabulum *Vindobona*? nam Victori in M. Antonino est *Vendobona*: & in Ptolemæo apertissimo mendo Ἰνδιόβωνα, pro οὐνδιόβωνα. quæ constans tot auctorum totq; exemplarium scriptura satis manifestè indicat atque testatur, *Vindomanam*, sive *Vindominam*, & *Vindomonam*, aliâ etiam, ac fortè antiquissimâ formatione dictam fuisse *Vindobonam*. In Ptolemæo quum obscura atque exoleta foret scriptura 30 in vocabulo οὐνδιόβωνα, librarius, vel alius quidam sciolus coniecit esse scribendum Ἰνδιόβωνα* quia hoc nomine Caletorum in Galliâ viderat opidum apud eundem auctorem simulque Antoninum. Quâ dignitate fuerit *Vindobona*, ostendit tabula: primariæ urbis pîcturâ eam referens. Ptolemæus cum Antonino legionem ei tribuit X. poniturq; ab utroque in Pannoniâ. quibus accedens tertius testis, Jornandes in Gothicis, *Ornata*, inquit, *Pannonia civitatibus plurimis: quarum prima Sirmis, extrema Windomina*. Huic Ptolemæus Cetium montem, terminum inter Pannoniam & Noricum, à XII millibus passuum ponit supra Vindobonam. quem tamen VI tantum abesse millibus, mox ostendam. At Augusti in principatu, ætate Tiberii Vellejique nullam ejus etiamdum fuisse auctoritatem, ex hujus perspicitur verbis supra citatis: ubi *Carnuntum proximum facit locum Norico regno*. 40

Supra Vindobonam iter in Antonini exemplaribus immensum in modum corruptum est. namque & *Comagena* malè ante *Cetium* ponuntur, & intervallorum numeri inter Vindobonam & *Arlapen* in utroque itinere longè abundant; quum in universum L haud amplius sint millia passuum. Rectius tabula: quæ post VI à Vindobonâ millia recenset *Cetium*. quo situ nunc occurrit famigeratissimus harum orarum mons, vulgari vocabulo *Kalen berg*: quod initium est jugi, hinc à Danubii ripâ in meridiem versùs ad *Leitæ* fonteis & opidum *Pruck an der Mure* procurrentis: ubi jam altissimi ejus vertices vulgò vocantur *Kaun perg* & *Golach*. hinc porrò ceu rectâ lineâ in eundem meridiem tendit ad *Dravum* amnem, quâ opidum ei adpositum *Drawburg*: atque hinc denique ad *Savum* infra opidum *Celeiam*, vulgò *Cilley*. Norici omnium ab hac parte novissimum. Atque hic 50 verus est germanusque *CETIUS MONS*; quem limitem Noricum inter Pannoniamq; rectè constituit Ptolemæus; ut ex aliis etiam auctoribus postea adparebit. Hactenus igitur in Danubii ripâ Pannoniæ loca dicta sunt. Sequitur hinc Norici ripa.

Primus Noricæ ripæ locus Antonino. Tabulæ, & Notitiâ imperii dicitur *COMAGENA*, plurali numero; unde illis obliquus casus *Comagenis*. Hunc locum ex situ in ripâ, & intervallorum milliariis colligo esse nunc vicum *Langen läber*, ad confluentem amniculi cui vulgare nomen *Anzespach*.

PIRUM TORTUM, ex situ, intervallo, ac vocabulo haud dubiè est vicus *Pixendorf*. Utrum jam olim locus fuerit dictus incolis Celtis *Pirntorf*, unde Romanis formatum vocabulum

bulum *Pirotorfum*: an verò vocem *tortum* Norici, vel Quadi huc transgressi, detorse-
rint in vulgare illud *torf*, sive *dorf*, quod vicum significat; haud facile dixerim.

Hinc VIII millia passuum censeat tabula ad TRIGISAMUM, qui locus ex situ,
intervallo, ac vocabuli similitudine, procul dubio est nunc *Trafsmaur*.

A Trigifamo XXI habet eadem tabula millia passuum ad locum cui nomen *Arelate*.
sed exscriptoris heic est mendum. cui hoc nomine urbs Gallia celebris ad Rhodani ostia
notior fuit, quam locus ille apud Danubium. Rectius igitur hic Antonino & Notitia
imperii vocatur ARLAPE. fuit quidpe ad confluentem amnis, qui vulgò nunc dicitur
Erlaph; quo situ nunc opidum est *Pachlarn*. Non tantum amnem, sed & opidum sic
10 fuisse adpellatum, patet ex Notitiâ imperii, quæ *classen* heic refert *Arlapensem*: quæ non
nisi ad castra militum fuit. Sed & Ptolemæo memoratur in Noricâ ripâ opidum *Ἀρεδάμης*,
Aredate, vitiatò vocabulo; pro quo heic simulque in tabulâ repono *Ἀρελάπης*, ARELAPE.

Medium illum tabulæ, inter Trigifamum & Arelapen, locum, cui vocabulum NO-
MARE, ex situ & vocabuli quâdam similitudine interpretor nunc opidum *Melk*, VI cir-
citer millibus passuum infra Arelapen situm. Ac forte germanum loci nomen fuit *Nomalk*.
ex quo Romani primùm fecere *Nomale*; mox, liquidâ in liquidam mutatâ, *Nomare*.

Sequitur in tabulâ ab Arelape post VIII millia locus, cui nomen vitiatum *Ad ponte ises*.
cui tamen situ, iustoque VIII millium intervallo, & nomine ipso quamoptimè respondet
opidum nunc & confluentis amnis, quibus vulgare vocabulum *Ips*. Id quomodò suo ore
20 formaverint Romani, haud facile dixerim. videtur tamen fuisse AD PONTEM ISIS.

Vox illa in tabulâ *Blaboriciaco* haud dubiè vitiatâ est ex illo Antonini terprescripto vo-
cabulo *Lauriaco*; quod & Notitiâ iisdem literis habet; moxque classen *Lauriacensem*. Est
autem LAURIA cum exiguus hodiè vicus sub mœnibus opidi *Ens* ad confluentem amnis
eiusdem nominis, vulgò dictus *Lorch*. Veteri inscriptioni est *Colonia Aureliana Laureacen-*
sis. unde quidam, opidum id nominis quondam ab *laureatis*, quas vocant, *literis* accepisse,
nugati sunt. quorum ineptias quum merito M. Velferus in Boicorum III rideat; miror
eum tamen magis probasse unam antiquam statuarii inscriptionem, quam tot Antonini &
Notitiæ exemplaria. Celtas per Galliam, Italiam, Vindeliciam, & Noricum, multa opi-
dorum vicorumq; vocabula terminasse in *ich* & *ach*, sive *ic* & *ac*; quæ Romani suo ore for-

30 marunt in *acum*, *icum*, & *iacum*; jam pridem in Germaniarum descriptione docui. E Gal-
lia ne longius ejusmodi nomina petam; in Vindeliciâ suprâ enumeravi ista: *Abudiacum*,
Septimiacum, *Sciniacum*. quibus adde è Notitiâ *Cassiliacum*. In Norico fuere *Laciacum*, *Io-*
viacum, *Graviacum*, & *Stanacum*. Ad eundem igitur modum & *Lauriacum* formatum
fuisse, quis jam dubitet? quod postea ab imperito aliquo in inscriptione factum *Laurea-*
cum. Atque ipsis olim Noricis haud dubiè dicebatur is locus *Laurich*, & *Lorich*: quod tan-
dem contractum in *Lorch*; ut hodiè usurpatur. Sic in Galliâ Italicâ inter Cremonam &
Mantuam tabulæ est *Loriacum*. Antoninus ad *Lauriacum* Danubianum locat hiberna le-
gionis III. & antiqua inscriptio, ut antè dictum, *Coloniam Aurelianam*. unde claritudo
atque celebritas ejus adparet. Ex ruinis ejus tandem crevit propinquum opidum *Ens*.

40 Ceterum in Notitiâ imperii bis nominatur in ripâ LENTIA; seu obliquo casu *Lentia*.
quamvis uno loco id corruptum sit *Letie*. Esse nunc celebre opidum *Linz*, cum situs,
tùm nomen apertè testantur.

Eidem Notitiæ inter Lentiam & Arlapen nominatur locus, cui nomen LACUS FELIX;
qui & Antonino memoratur duobus in itineribus. in quorum primo XXI, altero XXVI
ponit millia passuum inter eum locum & Arlapen. Esse hodiè vicum *Ober Walsee*, XXVI
millibus supra Arlapen, decem infra opidum *Ens*, intervallum simul & situs simulque no-
men indicant. quidpe qui Latinis est *lacus*, Germanis dicitur *see*.

Tabula proximum *Lauriacol* locum habet, cui nomen *Elegio*: refertque id intervallum
millium XII. Equidem ego non dubitaverim ELEGIUM nunc esse *Erlach* vicum in
50 Danubii ripâ, medio situ inter *Walsee* & *Ens*. nam & situs in ripâ, & spatium XXIII mil-
lium, quæ sunt inter Pontem Isis & Elegium, conveniunt. nec nomen perinde abhorret.

Marinianum tabulæ, quod inter Lauriacum & Bojodurum positum est, quo situ
fuerit, haud facile dixerim: quando nullus utrimque numerus millium adpositus.

Βοιόδουρον, Bojodurum, Ptolemæus ponit in Vindeliciâ ripâ haud procul Aeni con-
fluente. quæ res mihi pridem imposuit, uti id intellexerim opidum nunc *Passau*. Verum
dispexi, tandem *Passavium* Notitiæ dici *Batava castra*; Bojodurum verò censerè in Norico.
Fuisse id ad Aeni confluentem, quo situ nuna *Instat*, primò ex Ptolemæi positione colligo;
tùm ex tabulâ; in quâ *Castellum*, quod Batavorum militum fuisse dixi, & *Bojodurum*,
sine ullo intervallo aut intervalli numero conjunguntur in lavâ Aeni ripâ; ut apud

Ptolemæum. A Bojorum transitu nomen ei inventum fuisse, certum est. nam qui Βοιόδωρον Ptolemæi Latine interpretantur *Bæodurum*, historiæ pariter & geographiæ veteris ignaros sese ostendunt. nec magis periti illi, qui dubitant, an tabulæ *Bolodurum* & Antonini *Bolodurum*, sit Notitiæ imperii *Bojodurum*. Sed age; à quo Bojorum trajectu hoc nominis locus is traxit? M. Velferus, in Boicis suis, ab iis vult Bojis id loco inditum, qui jam circa Alexandri Magni tempestatem ex Bojohæmo in Illyricum, trajecto Danubio, atque inde in Macedoniam & Thraciam, tandemque, post excessum mox Alexandri in Asiam transierunt. ubi quum auctoribus memorentur inter alios Gallos *Tolistobogii*, ille ex prædictâ erroneâ opinione *Tolisto-Bojorum* novum sibi finxit nomen. quos & ipsos ex historiâ ejus Boicâ, ut antea Marcomannorum res gestas, si eximas, jam iterum bona pars operis perit. Verba ejus, sub initium lib. 11, hæc sunt: *Boji in medio Hercinio saltu uberes agros, mansuro Bojohemi nomine, tenuere. Elati inde successibus, porrò per sylvam pergentes, plurium populorum armis consociatis, imperium protendere. Nam quod Trogus memorat, ex trecentis hominum millibus, quæ Galli, veluti ver sacrum, ad sedes novas quarendas misere, partem in Italiâ confedisse, quæ urbem postea Romam captam incendit, partem Illyricos sinus penetrasse, quæ in Illyricum venit, illa fuerit oportet, cui Livius Hercynios in Germaniâ saltus, Sigoveso imperatore, destinatos scripsit; unde, trajecto Danubio, brevissimè in Illyricum transitus. Hanc avibus ducibus iter fecisse creditum, perque barbarorum strages in terram Pannoniam pervenisse. Principes Boji monumentum in adversâ ripâ, ad ipsam statim trajectum posuere Bojodurum; quæ Oenus Vindelicos & Noricos interfuit, Germania magna objectos utrosq; magnus præterea circâ agri modus: à Vindelicorum quidpe finibus ad Pannoniam, Norici longitudine fusus, genti attributus est; quem ob eas quæ postea rerum varietates consequuta, Bojorum deserta Strabo & Plinius adpellavere. Longè alio situ Strabonem & Plinium deserta Bojorum statuisse, mox infra ostendam. nunc Trogum inspiciamus. Sic epitomator ejus Justinus, lib. xxiv: Galli, abundantî multitudine, cum eos non caperent terræ, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas quarendas, veluti ver sacrum, miserunt. Ex his portio in Italiâ confedit; quæ urbem Romam captam incendit: & portio Illyricos sinus per strages barbarorum penetravit; & in Pannoniâ confedit. gens aspera, audax, bellicosa; quæ prima post Herculem Alpium invicta juga & frigore intractabilia loca transcendit. ibi domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis varia bella gesserunt. Hortante deinde successu, divisim agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam petivere. En; ut nimium in Bojos studium plus in his verbis de Bojis monstravit Velfero, quàm vel ego vel quisquam alius dispicere queat. Quam difertissimè tradit Justinus, eam portionem, quæ Pannoniam, Macedoniam & Græciam petivere, quamque postea in Asiâ memorat, per Illyricos sinus, qui intimus Adriatici maris recessus, & per Alpeis eò penetrasse ex Italiâ; non verò ex Bojohæmo per Danubium. Gallorum in Asiâ tres magnæ numerosæque fuere nationes, *Tolistobogii*, *Trocmi*, & *Tectosages*. an igitur hos omnes primùm in Bojohæmo confedisse dixerit Velferus. Haud temerè. nam, qui Segoveso duce Hercynios saltus obsederunt, è Celticâ profectos testatur Livius, lib. v. Tectosages autem fuere pars Braccatæ Galliæ. & ab unis Bojis nomen Bojohæmo mansit. Unde igitur, ubi & quando Tectosages ac Trocmi Bojis sese conjunxerunt, Asiâ petituri? Haud faciliè monstraveris. Error igitur hic est ingens, ex merâ in conterminam sibi Bojorum gentem indulgentiâ Velfero Svevo seu Vindelico natus. Sed jam tertio immensum circa eosdem Bojos in eodem libro erravit Velferus; ubi Gallos, quos Livius, lib. xl. iv, ab Istro profectos, Macedonibus auxilio Clondico duce venisse tradit, hos ipsos Bojos fuisse docet. quos tamen difertè Polybius, referente libro legationum, & Plutarchus in Aemilio Paulo, ipseque ad eò Livius, lib. xl, vocant *Bastarnas*; trans Istrum Getarum agri partem colentes, antequàm à Philippo & Perseo, Macedoniæ regibus, in auxilium contra Romanos vocati. Sed de falsis istis Tolisto-Bojis contra tantam tanti viri auctoritatem hæctenus veritatem defendisse sufficiat. Nunc ad veros Bojos, à quibus Bojoduro nostro nomen inditum, revertamur. Hos nullos alios fuisse puto, quàm de quibus Cæsar, belli Gallici comment. 1, Helvetiorum expeditionem narrans, ita tradit: *Bojosque, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transierant, Noreiamq; oppugnabant, receptos ad se, socios sibi adfiscunt Helvetii.* En; difertè adfecerat, trans Rhenum incoluisse Bojos, qui postea in Noricum transiere, Noreiamque oppugnarunt. hi igitur quâ sede trans Rhenum fuere, nisi in Bojohæmo & ad lævam Danubii ripam; ut Germaniæ lib. 111, cap. xxx, in Marcomannis ostendi? unde commodissimus & expeditissimus, trajecto Danubio, in Noricum transitus. Atque huc maximè pertinet, quod Strabo lib. iv de Noricorum in Bojorum agros incurfionibus tradit his verbis: οἱ ἤ οὐινδελικὸι καὶ Νορικῶι τῆν ἐκτὸς παρωρεϊαν τῶν Κελτικῶν κατῆχουσι τὸ πᾶσιον*

πλέον μὲν τῶν Βρευῶν καὶ Γενναίων· ἅπαντες δ' ἔπει καὶ τὴν Ἰταλίαν τὰ γειτονικῶντα μέρη κατέσχεον αἰεὶ, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν, καὶ Σηκεαίαν, καὶ Βοιωτὴν, καὶ Γερμανικὴν. id est: *Vindelici ac Norici exteriora Alpium tenent magnâ ex parte cum Breunîs atque Genauis. hi omnes vicinas partes cum Italia tum Helvetiorum, Sequanorum, Bojorum, & Germanorum adsidiis incursionibus vexaverunt. Lacerati igitur Boji, tandem & ipsi in hostium Noricorum agris irruperunt simul atque per-ruperunt ad Noreiam usque, in Carnorum atque Italiae confinio sitam. à quo Danubii transitu tunc BOJODURM nomen accepit. Hæc igitur de hujus loci origine atque nomine. Nunc de Bojorum quoque desertis pauca dicantur; quo situ ea fuerint, & à quibus Bojis id nominis acceperint. Verba Strabonis, lib. VII, sunt ista: προσάπειον δὲ τὸ λίμνην ἐπὶ ὀλίγον μὲν οἱ Ῥαῖται, τὸ δὲ πλεόν Εὐλαήτιοι, καὶ Οὐίνδελικοι, καὶ ἡ Βοιωτὴν ἐρημία, μέγιστοι Παννονίων.* id est: *Lacum Brigantium Rhati exiguâ ex parte, maximâ Helvetii ac Vindelici attingunt, & Bojorum deserta, ad Pannonios usque. Ex his Velferus intellexit, magnum agrum modum, à Vindelicorum finibus ad Pannoniam, Norici longitudine fufum, Bojorum deserta adpellasse Strabonem & Plinium. Verum mendum esse in istis Strabonis verbis, quis non dispexerit? quis enim credat, Bojorum deserta & ipsa attingisse lacum, simulque ad Pannoniam usque pertinuisse? Absurdum hoc esse, jam ante me notavit doctissimus Casaubonus. conjecturâ tamen parum felici in verum sensum verba auctoris restituere conatus est. Ego integrum locum sic lego: προσάπειον δὲ τὸ λίμνης ἐπὶ ὀλίγον μὲν οἱ Ῥαῖται, τὸ δὲ πλεόν Εὐλαήτιοι καὶ Οὐίνδελικοι· ἐπειτα εἰσὶ οἱ Νωρικῶν, καὶ ἡ Βοιωτὴν ἐρημία, μέγιστοι Παννονίων. πάντες, τὸ πλεόν δὲ Ἑλληνικοὶ καὶ Οὐίνδελικοι, οἰκῶσιν ὀροπέδια Ῥαῖται δὲ καὶ Νωρικῶν μέγιστοι τῶν Ἀλπεῶν ὑπερβολῶν ἀνίστασθαι, καὶ πρὸς τὴν Ἰταλίαν περιόχουσι.* id est: *Lacum Rhati exiguâ ex parte, maximâ Helvetii ac Vindelici attingunt. inde sequuntur Norici, & Bojorum solitudo ad Pannonios usque. Hi omnes, magis tamen reliquis Helvetii & Vindelici, montanas colunt planities: Rhati verò ac Norici ad Alpium summa adsurgunt; versusque Italiam vergunt. Patet ex his posterioribus satis clarè, jam antea mentionem eum fecisse Noricorum; eo scilicet loco, cui eos restitui. Inter Noricorum tandem extremos versus orientem fincis & Pannonios fuisse Bojorum illam solitudinem, ostendit disertissimis verbis Plinius, lib. III, cap. XXIV: *Noricis, inquit, junguntur lacus Peiso, & deserta Bojorum. jam tamen coloniâ divi Claudii Sabariâ, & opido Scarabantiâ Iuliâ habitantur.* En, quam disertè hic testatur, duobus tantum opidis Sabariâ & Scarabantiâ habitata fuisse deserta ista Bojorum; Noricosque, quibus deserta contermina, prope lacum Peisonem accedere. Qui igitur heic Aenus amnis & Vindelicorum confinium somnari potuerunt? Lacum PEISONEM esse eum, qui hodiè in Austriae Hungariaeque confinio vulgò Hungaris *Ferten*, Germanis *Neusideler See* vocatur, ab opido *Neusidel*, quod ei adpositum, ipse dictorum opidorum situs monstrat: quem vel ex unis itinerariis facilè perspexeris; quæ sic habent:*

Antonini;		Tabular;	
<i>Vindebona</i>		<i>Carnunto</i>	
<i>Aquis</i>	XXVII.	<i>Ulmo</i>	XIII.
<i>Scarabantia</i>	XXI.	<i>Scarabantio</i>	XXV.
<i>Sabaria</i>	XXXIII.	<i>Sabaria</i>	XXXIII.
<i>Arrabone</i>	XX.	<i>Arrabone</i>	XX.
<i>Alicano</i>	XL.	<i>Ad vicefimum</i>	XLIII.
<i>Petovione</i>	XXXI.	<i>Petavione</i>	XX.

40

	Antonini:	Antonini:	Antonini:	
	<i>Vindebona</i>		<i>Vindomona</i>	
<i>Carnunto</i>		<i>Muteno</i>	XXXVI.	<i>Muteno</i>
<i>Scarabantia</i>	XXXVIII.	<i>Scarabantia</i>	XVII.	<i>Scarabantia</i>
<i>Saucina</i>	XXXVIII.	<i>Sabaria</i>	XXXVIII.	<i>Sabaria</i>
50 <i>Salle</i>	XXXI.			
<i>Heclitano</i>	XXX.			
<i>Petovione</i>	XXXI.			

Carnuntum esse *Haimberg*, ex aduerso confluentium Danubii ac Marii, jam antè ostensum est. Hinc rectâ viâ in meridiem proficiscenti post XXIV millia passuum occurrit vicus, Peisoni lacui impositus, vulgari vocabulo *Ilmitz*: qui antiquum *ULMI* nomen servat. *ilm* quidpe Germanis est, quæ Latinis *ulmus*. Hinc versus ortum hibernum ab VIII millibus sequitur *Muzon*: quod antiquum esse *MOTENUM*, sive *MUTENUM*, jam antea dixi. Hinc rectâ viâ in meridiem versus, post XIV millia conspicitur *Scapring*, apud Rabonitium

annem: quod antiquæ SCARABANTIÆ vocabulum, licet vitiatum, servat tamen satis clarè. nec Antonini itinera multum abhorrent: in quorum uno XII, in altero XVII sunt millia. sed in hoc ego v converterim in I: & erit justum intervallum XIII. Tabula inter *Vlmum* & *Scarabantiam* habet xxv millia. quod & ipsum intervallum haud multo abundat.

Antoninus inter Vindebonam & Scarabantiam habet AQUAS. hæc haud dubiè nunc sunt in Austriâ, xviii circiter millibus à Vindebonâ in meridiem versus distat, vulgari aquarum calidarum vocabulo *Baden*. Numeri utroque intervallo sunt vitiiati. Lazii miror opinionem; qui has *Aquas* interpretatus est Styriæ opidum *Fürstenfeld*, lxx circiter millibus passuum à Vindebonâ distitum. Et qui à Vindebonâ *Pætovionem*, quod nunc ad Dravum dicitur *Pettaw*, tendenti iter potest esse primò ad opidum *Fürstenfeld*, hinc verò 10 per xl millia retrogressus ad *Scapring*; & hinc tandem per lxx amplius millia ad Pætovionem accessus: quum ipsum *Fürstenfeld* xliv haud amplius à Pætovione distet millia?

Jam verò post *Vlmum*, *Mutenum*, & *Scarabantiam* est SABARIA: quam omnes nunc interpretari video opidum, quod ad Guntium flumen vulgò Germanis dicitur *Stain am Anger*, Hungaris *Szombath hely*. verùm horum ego opinioni haud temerè subscripserim. siquidem opidum hoc xiv tantum millia à *Scapring* abest: Antoninus verò inter *Scarabantiam* & *Sabariam*, iv itineribus constanter xxxiv refert millia; & tabula xxxiii. Malim igitur *Sabariam* interpretari opidum hodiè seu castellum *Sarvar*, ipso Guntii Arrabonisque confluente cinctum. & hinc rectè tam in tabulâ quàm apud Antoninum xx numerantur millia ad trajectum Arrabonis, qui fuit apud nobile hodiè munimentum *Kermend*, & opidum, 20 quod Germanis dicitur *Eisenburg*, Hungaris interpretatione suæ lingvæ *Vasvar*, id est, *Castellum ferreum*. De cetero *Sabaria* Ptolemæo scribitur Σαβαρία, SAVARIA; quamquam situ alienissimo. unde etiam apud Antoninum in itinere Carnunto Pætovionem pro *Saucina* scribo *Savaria*. nam & *Scarantia* heic eodem modo scripta *Scaravantia*.

Locum, cui apud Antoninum uno in itinere *Alicano*, altero verò *Heclitano* vocabulum est, ex itineris ductu nunc Muro flumini impositum opidum esse existimo *Rakelspurg*. Ac fuit fortè apud Antoninum verum germanumque ejus nomen RACLITANUM. Numerus millium inter hoc & *Pætovionem* quamvis non quadret, tamen xl millia inde ad *Arrabonis* usque trajectum haud perinde abhorrent. Sunt autem inter *Pettaw* & *Rakelspurg* millia circiter xvi. 30

Medium locum inter *Raclitanum* & *Sabariam*, cui vocabulum *SALLA* apud Antoninum, ex itineris actu interpretor suprâ dictum opidum *Fürstenfeld*. Idem locus Ptolemæo in superiori Pannoniâ dicitur Σάλα, SALLA. In tabulâ locum AD VICESIMUM, intellige lapidem seu milliarem, fuisse puto circa opidum *Lutenberg*, Muro impositum, infra *Rakelspurg*.

At ex indicato *Scarantia* *Sabaria*que & lacus *Peifonis* situ, satis jam patuit, *BOJORUM DESERTA*, Straboni ac Plinio locis suprâ citatis memorata, longè ab *Aeni ripâ* & *Vindelicorum* confinio fuisse distita. A quibus *Bojis* id cognominis acceperint, nunc etiam indicetur. Strabonis hæc leguntur verba, lib. v: Τὸ μὲν οὐκ ἀρχαῖον ὑπὸ Κελτῶν 40 περιεκείτο τῷ Πάδῳ· μέγιστον ἦν τῶν Κελτῶν ἔθνη Βοιοὶ καὶ Ἰνσέβροι, καὶ οἱ τῶν Ῥωμαίων πόλιν ἐξ ἐφόδου κατὰ λαβόντες Σενόνες καὶ Γαισσίλων. τῆς μὲν ἐν ἐξέφθειραν ὑστερον τελείως Ῥωμαῖοι· οὐδ' ἦ Βοιοὶ ἐξήλασαν ἐκ τῆς πόλεως. μετὰ σέτις δ' εἰς οὐδ' ἔπειτα Ἰστρον πόπας, καὶ Θαιρέσκων ὠκων, πολέμου ὡς πρὸς Δάκους, εἰς ἀπώλοισι παρεθνεῖ. τὴν ἡ χώραν ἔσαν τῆς Ἰλλυριῶν μελιόετον πῆς περιουῆσι κατέλιπον. hoc est: Quondam igitur Galli *Padum* accoluerunt plurimi. quorum maxime gentes *Boji* & *Insubri*, & qui *Romam* subitâ incursione ceperunt, *Senones* cum *Gætis*. Atque hos quidem postmodum prorsus deleverunt *Romani*. *Bojos* autem sedibus ejecerunt. Qui quum ad *Istrum* commigrassent, apud *Tauriscos* habitaverunt, bellum adversus *Dacos* gerentes, donec tota gens funditus fuit excisa. Agrum verò, qui ad *Illyricum* pertinebat, desertum ac pecoribus pascuum, vicinis reliquerunt. En; ut disertè testatur, *Bojos* hos non è *Bojohæmo*, sed ex *Italiâ*, à *Romanis* pulsos, ad *Danubium* concessisse: agros verò, quos illic, antequàm à *Dacis* deleren- 50 tur, incoluerunt, *Illyrici* partem fuisse, id est, *Pannoniæ*: ut & *Livium* & *Paterculum* in *Illyrico* posuisse *Carnuntum*, suprâ vidimus. *Daci* verò, antequàm à *Sarmatis Iazygibus* pellerentur, teste *Plinio* suprâ citato, inter *Danubium* & dextram *Pathiffi* ripam proximè *Bojos* incoluerunt. Quando autem *Boji* à *Dacis* deleti, agrique eorum deserti redditi fuerint, ostendit idem *Strabo* postea, lib. vii, his verbis: τῶν ἡ Γελῶν τὰ μὲν παλαιὰ ἀφείδω· πρὸ εἰς ἡμᾶς ἤδη πιαῦται ὑπὸ ῥῆς. Βοιρεθίνας, ἀνὴρ Γέτης, ὅστις ἐπὶ τῷ ἔθνεϊ ὅστις οὐκ ἀνέλαθε νεκανομίας τὰς ἀνθρώπων ὑπὸ συχρῶν πολέμων. καὶ πρὸς τὸν ἐπὶ τῆ ἀσπίδι καὶ νήφει καὶ τῷ προσοχρῶν πῆς πείρασσι, ὡς ὀλίγων ἐτῶν μεγάλης δόξης κατέσχετο, καὶ τὸ ἄμύρον τὰς παλαιὰς ὑπὸ τῆς Γέταις ἤδη καὶ Ῥωμαίοις Φοβερὸς ἦν, Σαβαρίων ἀδεῶς τῷ Ἰστρον, καὶ τῷ Θράκην λεηλατῶν μέγιστοι Μακεδονίας καὶ Ἰλλυριδος. 788

ἄνω πὲρ Κελίδος, ἄνω ἀναμειγυμένους τῆς πὲρ Θρακίης καὶ τῆς Ἰλλυριῶν, ἐπέστησε, καὶ ἀποδῶν ἠθάμισε
 ἄνω πὲρ Κελίδος Βοίης καὶ Ταυρίσκους. id est: Sed res Getarum antiquas mittamus. Nostrā
 atate quæ gesserunt, hæc sunt: Borebiſta, natione Geta, quum imperium in gentem suscepisset,
 eam crebris adſictam bellis refecit. tantumque exercitatione, ſobrietate, ac diligentia profecit,
 uti intra paucos annos magnum conſtituerit imperium; ſinitimarum nationum pleraſque Getarum
 genti ſubjiciens. quin & iſtis Romanis jam formidabilis erat, Iſtrum audacter transiens; Thra-
 ciamque ad Macedoniam uſque & Illyricum populans. Gallos quoque, Thracibus & Illyriis per-
 mixtos, evaſtavit; Bojosque & Tauriſcos, qui ſub Crifaſtro erant, proſus deleuit. Et eod-
 em libro poſtea, de eodem Illyrico: Μὲν μὲν δὴ τὴν χεῖρα τῆς ἡρῆμοσιν οἱ Δάκοι,

10 καὶ ἀμειγυμένους Βοίης καὶ Ταυρίσκους, ἐστὶν Κελίδα, πὲρ ἄνω Κελίδος. id est: Partem hujus
 regionis deſertam reddiderunt Daci, debellatis Bojis atque Tauriſcis, Gallicis gentibus. En;
 quis credat Dacos in Noricum & ad Aenum uſque flumen, Vindelicorum terminum, ex-
 curſiones feciſſe? Ne ipſe quidem Velleſerus. Carnuntum quia in Illyrico, id est, in Pan-
 nonia cenſent Livius atque Patereulus, & Plinius deſerta Bojorum ad lacum Peiſonem
 circa opida Scarabantiam & Sabariam locat; Strabo etiam eadem deſerta partem antea
 Illyrici, id est, Pannoniæ fuiſſe adfirmat; Ptolemæus verò Pannoniam ab Norico diſter-
 minat *Cetio monte*, quem ſuprà deſcripſi: ſatis jam conſtat, *Bojorum hæc deſerta* Norico
 ſolo non eſſe adſcribenda. Atque de iis hæcenus ſatis. Pergo ad reliqua Norici.

Iter, quod tabula habet ab *Auguſtâ Vindelicum* ad *Iuvavum*, quod *Salisburgium* eſſe
 20 dixi, ſuprà in Vindelicis ad Aenum uſque flumen, quâ id ad opidum *alten Hohenaw*
 tranſibatur, expoſitum eſt. Sequuntur igitur reliqua ejus ad *Iuvavum* atque inde ad
Lauriacum uſque, hoc modo:

Tabula;	Antoninus;	Antoninus;	Antoninus;
<i>Ad Enum</i>	<i>Ponte Aeni</i>	<i>Ponte Aeni</i>	<i>Ponte Aeni</i>
<i>Bedaio</i> XIII.	<i>Bidaio</i> XVIII.	<i>Bidaio</i> XVIII.	<i>Bidaio</i> XVII.
<i>Artobrige</i> XVI.			
<i>Ivavo</i> XVI.	<i>Iovavi</i> XXXIII.	<i>Iovavi</i> XXXII.	<i>Iovavi</i> XXXVI.
<i>Tarnantone</i> XIII.			
<i>Laciaco</i> XIII.	<i>Laciaco</i> XXVIII.	<i>Ilaciaco</i> XXVIII.	<i>Iaciaco</i> XXVIII.
30 <i>Tergolape</i> XVIII.			
<i>Ovilia</i> XIII.	<i>Ovilanis</i> XXXII.	<i>Ovilanis</i> XXXII.	<i>Ovilabis</i> XXXII.
<i>Blaboriciaco</i> XIII.	<i>Lauriaco</i> XX.	<i>Lauriaco</i> XXVI.	<i>Lauriaco</i> XXVI.

Ex his *JOVAVUM* eſſe *Salisburgium*, jam Eginhartus in vitâ Caroli Magni & item Si-
 gebertus pronuntiaverunt; quamquàm apud utrumque librariorum imperitiâ vocabu-
 lum id eſt vitiatum. Eginhartus: *Vivanum*, quæ & *Salzburgum*. Sigebertus: *Iuvavum*;
 quæ & *Salzburch*. Lege utrobique *JUVAVUM*. Atque *Salisburgio* rectè convenit nu-
 merus millium XLV, quæ tabula habet inter *Aeni pontem* & *Iuvavum*. Nomen hujus opi-
 di variè à Romanis formatum reperio. primùm apud Antoninum caſus ejus genitivus eſt

40 *Iovavi*, à nominativo *Iovavum*. cui par eſt illud Eginharti & Sigeberti *Iuvavum*. à quo
 Notitiæ etiam imperii corruptè vel fortè contractè dicitur *Iuvenſe* caſtellum. In tabulâ
 ablativus eſt *Ivavo*; utrùm ab integro nominativo *Iuvavum*, ſeu *Iovavum*, an verò ipſe
 etiam nominativus aliàs dictus fuerit *JUVAVUM*, haud temerè dixerim. flumini certè,
 cui id opidum adpoſitum, (nunc *Salza* eſt) vocabulum etiam adſcriptum eſt, *Iuaro*; cor-
 ruptè, pro *Ivavo*. Ceterùm inſcriptio vetus genitivum habet ſingularem barbarè *Iuvave*.
 è quo nominativus fuerit *JUVAVA*. Alii inſcriptioni, cui nomen M. Aurelii Antonini
 imperatoris inſertum, dicitur *JUVAVIA*. Coloniam fuiſſe Romanorum, duæ teſtan-
 tur inſcriptiones. quarum altera *Col. Hadrianam Iuvaviam* refert; altera *duumviri Iuva-*
 50 *nenſium* meminit. Sed & alia inſcriptio *Iuvaviam* unâ cum nomine M. Aurel. Antonini
 Aug. refert. Unde miror, tam nobilis celebrisque loci nullum exſtare in Ptolemæi geo-
 graphiâ mentionem. Verùm lubens eorum opinioni accedo, qui nomen opidi, ante-
 quam colonia eò Hadriani auſpiciis deducta, putant fuiſſe *Γαυαυιδερον*, *GAVANODU-*
ROM: quod Ptolemæo circa hunc tractum memoratur. coloniâ autem deductâ, no-
 men hoc mutaviſſe in *JUVAVIÆ* vocabulum, à *juvando* deſumptum. quamquàm de ety-
 mologiâ ejus vocabuli nihil habeo, quod liquidò adfirmem. id fanè minùs probabile,
 flumen, cui adpoſitum opidum, ab hoc nomen traxiſſe *Iovavi*.

Ceterùm locis, qui Antonino tribus in itineribus dicitur *BIDAJUM*, tabulæ &
 veteri inſcriptioni eſt *BEDAJUM*; Ptolemæo verò & alii inſcriptioni *BADACUM*.
 Unum eundemque eſſe locum, oſtendunt primò itineraria invicem, tum inſcriptiones;

quarum alteri adpellatur *Augusta Badacum*; altera verò cum *Bedaio duumvirum* in eodem lapide ponit. Fuit igitur & ipsa *colonia*. intervallum inter hanc & *Aeni pontem* tabula facit millium *XII*; Antoninus uno in itinere *XVIII*, altero *XVIII*. ex hoc intervallo, simulque ex itineris tractu, necnon ex nominis similitudine conjicio, hodiè esse opidum *Bamburg*, ad *Alam* flumen, quod in Aenum defluit.

Quæ tabulæ est *ARTOBRIGA*, ipsa situm ad fluminis ripam voce *Brige* indicat. hanc quidpe pontem significare Celticâ lingvâ, in Germaniæ lib. I, cap. VII, & VIII, ostensum est. Ex intervallis itaque & itineris ductu interpretor eam hodiè vicum *Lebnaw* infra opidum *Lauffen*, Juvavo amni adpositum. Ceterò aut dux fuere *Artobrige*, aut quam vehementissimè in hujus situ erravit Ptolemæus, in Vindeliâ eam, circa opidum *Neuburg* apud Danubii ripam collocans. quo tamen situ nullam fuisse, vicinitas *Grinarionis*, & *Biricianorum*, & *Vetonianorum* coarguit.

Quæ tabulæ dicitur *Ovilia*, Antonino duobus itineribus *Ovilanis*, & tertio *Ovilabis*, eidem Antonino alio itinere est *Ovilavis*, & iterum alio *Ovilatus*. In veteri quâdam inscriptione, inter alia, hæc leguntur verba: *COLONIA AURELIA ANTONINIANA OVIL*. Ea inscriptio quia exstabat ad monasterium *Lampach*, ad Traunum amnem, ipsum monasterium coloniam eam olim fuisse, doctissimi viri opinati sunt. verùm coloniæ nomine & itinerum intervallis consideratis, illorum ego opinioni haud temerè accesserim. Est hodiè ad eundem amnem nobile opidum *VVels*, VII circiter millia passuum infra dictum monasterium situm: cujus nomen & situs quammaximè dictæ coloniæ convenit. ab hoc enim opido millia passuum ad Lauriacum usque sunt *XX*; ut primum Antonini habet iter. nomen verò ejus credo olim vulgo fuisse *Noricis VVillabs*: quod Romano ori formatum *OVILABA*, & *B* in confine *V* mutato *OVILAVA*. ex hoc porrò *V* vitiatum est apud Antoninum in *n*, & item ex illo *bi* in *iu*: unde vocabula *Ovilanis*, & *Ovilatus*.

LACIACUM ex itineris ductu & intervallo, quod hinc est *Juvavum* usque apud Antoninum tribus itineribus millium *XXVII* & in tabulâ *XXVII*, interpretor opidum nunc *Gemünde*, ad lacum cognominem positum.

Locus medio ferè situ inter *Jovavum* & *Laciacum* *TARNANTO*, circa arcem fuit *VVissenstain*.

Ab alterâ parte *TERGOLAPE* inter *Laciacum* & *Ovilaba*, ex itineris tractu, & intervallis, item ex vocabulo, hodiè esse colligo suprâ dictum monasterium *Lampach*.

Iter illud Antonini, in quo esse dixi vocabulum *Ovilatus*, tale est:

<i>Lauriaco</i>	
<i>Ovilatus</i>	XVI.
<i>Ioviaco</i>	XXVII.
<i>Stanaco</i>	XVIII.
<i>Bolodero</i>	XX.

Ioviacum Notitia etiam imperii memorat. at quo situ vel hoc, vel *Stanacum* fuerit, planè nihil liquet; quando numerus millium *LXV* longè superat intervallum, quod est inter *VVels* & *Instat*: nec ulla nominum antiquorum vestigia hoc tractu dispicio.

Porrò iter ab *Ovilabis* *Petavionem* usque describitur in iisdem itinerariis hujusmodi:

Tabulæ;	Antonino;
<i>Ovilia</i>	<i>Ovilavis</i>
<i>Vetoniana</i> XI.	
<i>Tutastione</i> XI.	<i>Tutastione</i> XX.
<i>Ernolatia</i> XII.	
<i>Gabromagi</i> VIII.	<i>Gabrumago</i> XX.
<i>Stiriate</i> XV.	
<i>Tarsufanis</i> XV.	
<i>Visellis</i> IX.	
<i>Ad pontem</i>	
	<i>Sabatinca</i> XXX.
<i>Noreia</i> XIII.	<i>Montana</i> XVIII.
<i>Matucaio</i> XIII.	<i>Candalicas</i> XXX.
<i>Varuno</i> XIII.	<i>Viruno</i> XX.
<i>Iuenna</i> XXIII.	
<i>Colatione</i> XX.	

Santico

		<i>Santico</i>	XXX.
	<i>Upellis</i>		
	<i>Celeia.</i>		
	<i>Ragandone</i>		
	<i>Petavione</i>		
		<i>Larice</i>	XXVII.
		<i>Viam Beloio.</i>	XXIIII.
		<i>Aquileia</i>	XXX.

In his PETAVIO & CELEIA nomina hodiè que servant, hoc *Cillei*, illud *Pettaw* dictum. Antonino illud bis dicitur POETAVIO, & item bis POETOVIO: Tacito, histor. 111, PTOVIO: Ptolemæo Πατάϊον, ΡΑΤΑΥΙΟΝ, Pannoniæ opidum; quod & Tacitus testatur; qui id legionis XIII facit hiberna. CELEIA, Κελέια, ponitur in Norico eidem Ptolemæo & Plinio; cujus verba lib. 111, cap. XXIV, hæc sunt: *Opida Noricorum, Virunum, Celeia, Teurnia, Aguntum, Viana, Aemonia, Claudia, Flavium, Solvensæ.*

In tabulâ quum inter Celciam & Petavionem numerus millium XXXV intervallo respondeat; medio situ locum, cui nomen RAGANDO, circâ monasterium *Seitz* fuisse colligo.

VARUNUM tabulæ rectiùs scribi VIRUNUM, ex consensu Plinii, Antonini, ac Ptolemæi judico; quorum huic Græcè scribitur Οὔρινον. Id interpreter nunc opidum *Folkmark*, ad Dravum amnem. nam JUENNA tabulæ ex nomine & itineris tractu sine controversiâ est *Taunstein*: & ejusdem tabulæ SALOCA, primus è *Varuno* locus in itinere versus *Aquileiam Carnorum*, procul dubio nunc est *Selch*, vicus superioris Carniolæ.

COLATIONEM, ex ductu itineris atque intervallis, fuisse colligo ad Sanam flumen, medio situ inter duos vicos *Altenburg* & *Presberg*. alterum verò locum, cui pluralis numeri vocabulum UPELLIS, iisdem argumentis pono in eadem ripâ supra vicum *S. Peter*. Inter hos duos locos cenfeo fuisse SANTICUM Antonini, vulgò nunc *Saaneck*: quod Ptolemæo Σαντικόν, SIANTICUM.

Antonini SABATINCA, ex vocabulo & itineris tractu haud dubiè nunc est vicus *Sunbenkirch*, VII circiter millibus passuum ab opido *Muraw* in meridiem versus diffitus.

Locus tabulæ AD PONTEM, haud dubiè fuit ad Murum flumen. ideòque ex ductu itineris interpreter eum locum nunc dictum opidum *Muraw*.

Hinc versus *Virunum*, id est, *Folkmark*, ex intervallo atque itineris ductu NOREIA erit opidum *Neumark*.

Medio situ *Noreiam* inter & *Virunum* locus, cui nomen MATUCAJUM, fuisse cenfeo circa arcem *Eberstain*.

STIRIATE ex nomine & itineris actu haud dubiè nunc est *Steir im Stoder*.

Inter *Pontem* & *Stiriate* locum, cui pluralis numeri vocabulum VISCELLIS, ex nomine interpreter *Ober Weltz*. Alter ille locus, cui nomen TARTURSANI, videtur fuisse circa *Rotenman*.

GABROMAGUM ad fluminis fuisse ripam, indicat vox *mage*; de quâ in Germ. lib. 1, cap. VII, disserui. locum igitur hunc ex itineris ductu & intervallis judico fuisse circa caput fluminis *Krems*, quâ vicus ei adpositus, vulgati vocabulo *Fleylige kreutz*.

Medio situ inter *Gabromagum* & *Ovilaba* TUTATIO, sive, ut tabulâ habet, TUSTASTIO, fuit circa arcem *Leonpach* & vicum *Ried*, dicto flumini adpositum. Medio iterum situ inter hunc & *Ovilaba* fuere VETONIANA. & rursus inter eundem *Tustastionem* & *Gabromagum*, circa vicum *Hall*, fuit ERNOLATIA.

Porrò aliud iter in tabulâ describitur per idem Noricum hoc modo:

	<i>Ivavo</i>	
50	<i>Cuculle</i>	XIII.
	<i>Vocareo</i>	XVII.
	<i>Ani</i>	XVII.
	<i>In Alpe</i>	XVI.
	<i>In Imurio</i>	XIII.
	<i>Graviacis</i>	XVI.
	<i>Tarnassici</i>	XIII.
	<i>Beliandro</i>	XIII.
	<i>Matucajo</i>	XIII.
	<i>Varuno</i>	XIII.

Ex his CUCULLI sive CUCULLÆ Eugippio memorantur, in vitâ divi Severini, cap. XI, his verbis: *Castellum, cui erat Cucullis vocabulum*. Nomen ejus loci hodièque manet ad flumen Jovavum, XI V circiter millia passuum, ut habet tabula, supra opidum Jovavum, vulgò *Kuchel* dictum.

ALPES hoc itinere nullæ aliæ esse possunt, quàm quas hodièque hoc tractu sic à pellari, aliâ tantùm dialecto, *Tawren*, suprâ docui.

VOCARIUM inter *Alpem & Cucullos*, Ptolemæo dicitur *Οὐαρέιον*, VACO-RIUM. Eum locum ex itineris ductu, & intervallo, item ex nominis quâdam similitudine dixerim esse nunc vicum *Vvagram*, XVI circiter millia passuum ab Cucullis versus meridiem distans.

Millia hinc tabulæ numerantur ad *Alpem XXXIII*, apertissimo mendo; quum à *Vvagram* ad summum usque Alpæ verticem, qui vulgò dicitur *Velacher tawren*, XV haud amplius sint millia. Locum tamen, cui vocabulum *Ani*, puto ad amniculum fuisse, cui nomen nunc vulgare *Grooß Arel*.

GRAVIACUM ex ductu itineris, & vocabuli similitudine fortè fuerit opidum *Gurck*, ad fluvium cognominem. De reliquis locis nihil liquet; nisi quòd locus, cui vocabulum haud dubiè corruptum *Inimurio*, Ptolemæi videtur esse *Ἰνυρέιον*, *Inutrium*: quamquàm hoc in Rhætiâ ponatur simile exemplum vidimus suprâ in *Artobrigæ* alienissimâ positione.

De cetero CLAUDIAM Plinii interpretor nunc vicum *Clausen*, haud procul opido *Marquartstain*, & lacu, cui vulgare vocabulum *Chiem see*. Ptolemæo est opidum *Κλαυδίσιον*, *Claudivium*, adversus confluentem Regini amnis in Danubii ripâ. at quum is auctor tam frequenter deprehendatur esse falsus; haud equidem dubitaverim, quin idem intellexerit opidum, quod *Claudia* dicitur Plinio.

Porrò iter apud Antoninum describitur tale:

<i>Aquileia</i>	
<i>Ad tricesimum</i>	XXX.
<i>Iulio Carnico</i>	XXX.
<i>Loncio</i>	XVI.
<i>Agunto</i>	XVII.
<i>Littamo</i>	XXIII.
<i>Sebato</i>	XXII.
<i>Vipiteno</i>	XXXII.
<i>Veldidena</i>	XXXVI.

Aquileja, florentissima quondam urbs, nunc in exiguum vicum redacta, incolis eodem nomine manet: Germanis dicitur *Aglar*; haud procul intimo Adriatici sinus recessu. Locus quoque *Ad tricesimum*, intellige lapidem seu milliarem, eodem nomine manet, vulgò incolis dictus *Tricesimo*, ad *Turram* flumen; quod vulgò est *Tore*. *Iulium Carnicum* item nomen retinet, paullo viciatum, *Zuglio* incolis, quod reliquis Italis scribitur *Giuglio*. Hinc porrò versus septentriones proficiscenti post XXI V millia passuum occurrit opidum *Lienz* ad Dravi Isolæque amnium confluentis. quod ex itineris tractu, maximè verò ex 40 mine deprehenditur esse Antonini LONCIUM. Inde XXI millia in occidentem solis hiberni versus progredienti conspicitur opidum *Doblach*: quod Plinii, Ptolemæi, atque Antonini interpretor ACUNTUM. Ab hoc versus septentriones, seu occasum solis æstivi, millibus passuum XVII abest locus *Lutach*, prope opidum *Dausfers*: quem LIT- TAMUM Antonini interpretor. Hinc reliqua *Sebatum*, *Vipitenum*, *Veldidena*, nunc *Suneberg*, *Sterzingen*, *Wilten*, extra Noricum sita, Rhætiæ fuere loca.

Ceterum AEMONIA Plinii, nomen nunc retinet in opido *Anone*, V millia supra *Iulium Carnicum* in septentriones versus sito.

TEURNIA ejusdem Plinii, *Τεϋρνια* dicitur Græcè Ptolemæo. hanc ex situ apud Dravum versus fontem amnis interpretor opidum nunc celebre hoc tractu *Villach*.

Atque hæc ferè sunt loca *veteris Norici*, quorum situs investigari potuerunt. Limiteis igitur nunc statuo universo Norico, præter *Aenum & Danubium amneis*, montemque *Cetium*, cujus tractum jam antèa descripsi ad *Celeiam* usque opidum & *Sanæ Savique* confluentis, hinc porrò aliud montium jugum, quod à dictis confluentibus inter *Savum & Sanam* ab ortu in occasum ad *Sanæ* fontem procurrit; inde verò inter *Savum & Dravum* ad *Savi* primùm, dein, jam *Alpium Carnicarum Noricarumque* nominibus, ad *Natisonis* fontis: hinc verò in septentriones versus ad fontem *Fellæ* amnis, qui apud opidum *Venzono* *Tilavento* redditur: à dicto porrò fonte in occasum versus ad vallem usq; cui vulgare vocabulum *Inchiaro*. per hujus medium lineâ inter *Aemoniam & Iulium Carnicum* ex ortu

in occasum ad montem usque *Setium*, qui amneis *Deam*, *Gailam* & *Plavim* fundit, ductâ, Noricos ab Carnis submoveo. hinc porrò eodem jugo ad fontem usque Rientii amnis, & hinc ipso amne ad vicum usque *S. Lorenz* & confluentem Aichæ fluminis, tandem alio hinc jugo, quod & ipsum pars Alpium ad Aenum usque & opidum *Innespruck* procurrat, ab Rhætis dispeſco.

CAPUT VI.

De DANUBIO, & aliis Vindelicæ Noricique fluminibus.

10 **D**XPOSITIS Vindelicæ ac Norici finibus, populis, atque opidis, ordo nunc postulat, uti etiam fluminum, quibus maximè riguræ sunt hæc terræ, antiqua memoria dicatur. In his primum locum sibi meritò vindicat DANUBIUS; ingentis famæ amnis, & non modò harum regionum, sed totius Europæ maximus. hinc illud Ovidii, de Ponto lib. 1v, eleg. x:

*Innumerique alii, quos inter maximus omneis
Cedere Danubius se tibi Nile negat.*

Pars ejus tantum, quatenus Germani Vindelicique ac Norici olim accoluère, & ex his gentibus amnes in eum confluentes hoc loco dicentur. Nomen illius esse geminum apud auctores, DANUBIUS & ISTER, vulgò notum est. Hinc illud ejusdem poetæ, de Ponto lib. 1, eleg. 1x:

Stat vetus urbs ripe vicina nominis Istri.

Causa gemini nominis eadem quæ aliis magnis amnibus, Nilo, Euphrati, Tigri, & aliis, nempe ex accolorum gentium diversitate. Stephani verba hæc sunt: Δάνυβις, ἢ Δάνυσις, Ἰστρὸς ὁ ποταμὸς, πάλαι Ματίας καλεῖσθαι. Συμφορᾶς ἢ τοῖς Σκυθιαῖς Ἰστιπυσιόσις, ἄτω ἐκλήθη. Ματίας ἢ λέγεσθαι ἐς τὴν Ἑλληνίδα γλώσσαν ἄσι. ἐπὶ πολλοῖσι περιεπέδροι, ἔθεν ἐπιπύνησσαν. ὁ δὲ Δάνυσις ἐρμηνεύεται, ὡς περὶ ἑ ἀμαρτῆν ἔχων τὴν αἰτίαν. id est: Danubius, seu Danusis, Ister est fluvius, quondam Matoas dictus. quum autem Scythæ calamitate quâdam adficerentur, sic adpellatus fuit. Est autem Matoas Græcè limosus; quia sapius trajicientes nihil passi fuerant. Danubius autem significat eum, qui peccandi habet causam. Hæc opidoquàm fabulosa atque

30 falsa. nam superiori parte, quæ Germaniam & vetustissimum illud Illyricum præterfluebat, dictum fuisse *Danubium*, inferiori autem, qua Getas, & alias Thracias Scythicasque genteis abluit, *Istrum*, optimi testantur auctores, Strabo, Mela, Plinius, Appianus, Ptolemæus, & alii. Strabo, lib. vii: καὶ τὸ Ἰστροῦ ποταμοῦ τὰ ὑπὸ ἀνακτῶν πρὸς ταῖς πηγὰς μέρη, μέχρι τῶν καταρακτῶν, Δανύβιον προσσηροῦσθαι, ἀ μάλιστα ὑπὸ τῶν Δάκων φέρεται. τὰ δὲ κατωτέρω μέρη δὲ Πόντου τὰ πρὸς τὴν Γετίας, καλεῖσθαι Ἰστρον. id est: Etenim fluminis superiores partes, que versùs fonteis sunt, Danubium dixerunt ad cataractas usque; que maxime per Dacos feruntur: inferiores, ad Pontum usque, quas Getæ accolunt, Istrum adpellant. Mela, lib. 11, cap. 1: Apertis in Germaniâ fontibus alto, quam desinit, nomine exoritur. nam per immania magnarum gentium diu Danubius est: deinde aliter appellantiibus accolis, Ister fit. Plinius, lib. 1v, cap. xii: Ortus

40 in Germania jugis, ac per immensus lapsus genteis, Danubii nomine, unde primum Illyricum abluit, Ister adpellatus. Ptolemæus in Daciæ descriptione: Ἡ Δακία περιεπέδροι ὑπὸ μεσημβρίας μέρη δὲ Δανύβις ποταμοῦ τὰ ὑπὸ τῆς ἐκτεροῦς μέρη ἀξιοπόλεως Δανύβις ποταμοῦ, ἀφ' ἧς ἡδη καλεῖται ὁ μέρη δὲ Πόντου καὶ τῶν ἐκβολῶν Δανύβις Ἰστρὸς. id est: Dacia terminatur à meridie parte Danubii fluminis, à deflexione ejus ad Axiopolim usque, apud Danubium sitam: à quâ deinde usque ad Pontum & ostia Ister adpellatur Danubius. Appiani librum de bellis Illyricis Græcè vulgò non exstare, suprâ cap. 1 dictum est. apud interpretem ejus hæc leguntur: *Casar in Segestanorum & Paonum (intellige Pannoniorum) regionem usque ad savum fluvium est profectus. hujus in ripâ civitas latissimo fluvio & ingenti fossâ munita confidet. quâ ex causâ potissimum Casar illam invasit, veluti belli horreum in Dacos Basternasque, qui*

50 *ultra Istrum incolant, habiturus. Idem fluvius his in locis Danubius dicitur: nec multo deinde inferius elapsus, uberioribus aquis pro Danubio Istri nomen assumit. Savus autem Istrum influit. Hinc illud Jornandis in Gothicis: Lingvâ Bessorum Hister vocatur. Belli Thracica fuere gens. Sed de gemino Danubii nomine hæcenus fati. in vocabulis iis enodandis, quid significant, ineptire non libet; quando ejus rei nullum exstet auctoris alicujus documentum. id notandum, Græcis auctoribus ut plurimum usurpari Istrum, tam superiori quàm inferiori parte. De ortu amnis ita tradit antiquissimus scriptorum Herodotus, lib. 11: Ἰστρὸς πρὸς ποταμοῦ, δεξιά μὲν ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρρήνης πάλαι, πρὸς μίσην ἔχων τὴν Εὐρώπην. οἱ δὲ Κελταὶ εἰσι ἔξω Ἑρακλήϊων ἐπλεῶν ἑμμενέσσι ἢ Κινησιόσι. οἱ ἔχρατι πρὸς δυσμῶν οἰκέσσι τ' ἐπὶ τῇ Εὐρώπῃ κατοικησάντων. πλὴν τὰ δὲ Ἰστρὸς ἐς γαίλασσαν ῥέων τὴν Ἐυζέην πόντου τὰ πρὸς τὰς Εὐρώπης. id est:*